Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

bilia credenti. Item ad summam dignitatem humilitatem. uix id qui se humiliat exaltabitur. Item ad summam familiaritatem suam castitatem uix. illud. incorrupto fiat primum et do. Item ad summam caritatem suam caritatem. uix illud. ego diligo me diligo. De forma stelle et radiis eius. et vi. radius eius.

Ratione forme comparatur maria stelle. Stelle enim secundum quod depinguntur. habent sex radios. quos bene notantur sex radij bonorum exemplorum. quos exse pfert maria. ut inuenitur in eu. Luc. Primus radius est amor solitudinis qui habetur ex eo quod angelis inuenit eam solam. inconclaui. Vnde sup illud. Ingressus ad angelis ad eam. Dicit. bn. Insecretum cubiculum. ubi clauso hostio orabat patrem suum. Et in. Non est suspicandum. et c. Sed radius est. timor sine erubescencia uirginal'. que insinuatur ubi. Turbata est et c. Bn. solent uirgines esse pauide. et c. Tertius radius est pdencia. que insinuatur. ubi. Cogitabat. et c. Prudentes enim solent premeditari. cogitare antequam loquantur. Quartus radius est. amor castitatis. quod notatur ubi. quomodo fiet istud qm uirum non cognosco. .i. cognoscere non propono. Quintus radius est humilitas. quod notatur ubi. Ecce ancilla dni. Sextus radius est obedientia. quod notatur ubi. Fiat mihi secundum uerbum tuum. Item ratione officij comparatur beata uirgo stelle. Duplex est autem officium stelle. Primum est quod dese pducit lucem sine sui corruptione et diminutione. sic beata uirgo sine corruptione uirginitatis effudit dese sitim ipsum xpm qui est lux uera que illuminat omnem hominem. et c. Vnde bn. Sic sidus radius. et c. Secundum officium stelle est. quia nauigantibus in mari portum saluus demonstrat. Sed bene congruit beate uirgini. cui gratia mediante pmare hui' seculi ad portum celi eius exemplo muro et suffragio reuocamur. Vnde et ipsa maria uocatur quod stella maris interpretatur. Item ratione nature comparatur beata uirgo stelle. Est. .i. stella ignee nature. in quo notatur eius dilectio. siue fuor deuotionis. Et dimisit enim in aduentu angeli ipsa flexis genibus. et elevatis puris manibus in celum. et erectis oculis. ad dm patrem miax pincarnatione filij dei deuotissime preces cum laetitia fudisse. et angelo uenente reuerenter assurrexisse. et sic audita legatione dato consensu denuo genua flexisse. et sic cum suum corpus dispositione. et mris deuotione concepisse dm et hominem. Item stella qua apparet et magna est. sic beata maria qua apparet in omnibus. quia ita pauper erat. quia sicut dominus. colu et aer quebat et cetera. sic tamen magna erat. quia filium habebat. qui cum esset pre omnia ce aurit. Item stella immobil' est. et cum celo fixa mouetur. sic beata uirgo immobil' in omni uirtute. fixa cum celo. .i. pseuerans. cum eo mouebatur. filium suum uiris ubique sequendo etiam usque in crucem. et hic notatur uirtus pseuerancie beate uirginis. Stella splendida est et clara quod bene congruit beate uirgini pter humilo

Amor solitudinis.

Verecundia uirginal'.

Pdencia.

Castitas

Humilitas

Obedientia

De officio stelle.

De natura stelle.

Stella ignee nate.

Stella qua apper.

Stella immobil'.

Stella splendida